

Δια τῆς Διευθύνσεως τῆς Γενικῆς
2/28 1037

ΛΑΤΙΝΙΚΟΝ

ΑΝΑΓΝΩΣΜΑΤΑΡΙΟΝ

ΠΡΟΣ ΧΡΗΣΙΝ

ΤΩΝ ΜΑΘΗΤΩΝ ΤΗΣ ΤΡΙΤΗΣ ΤΑΞΕΩΣ ΤΩΝ ΕΛΛΗΝΙΚΩΝ ΣΧΟΛΕΙΩΝ

ΥΠΟ

ΣΩΤΗΡΙΟΥ Α. ΣΑΚΕΛΛΑΡΟΠΟΥΛΟΥ

Γυμνασιάρχου ἐν Ἀθήναις καὶ καθηγητοῦ ἐν τῷ Ἀρσακείῳ.

Ἐγκριθέν ἐν τῷ διαγωνισμῷ ὑπὸ τῆς Ἐπιτροπείας τῶν κριτῶν
τῶν διδακτικῶν βιβλίων ἐπὶ πέντε σχολικά ἔτη 1899—1904-5

1037

[Τὸ Ἀναγνώσματάριον τοῦτο ὑπέρτερον ἐν κατὰ πολὺ τῶν συνυπε-
βληθέντων, οὐ μόνον εἶναι ἐπηλλαγμένον σφαλμάτων καὶ ἐλλείψεων,
ἀλλὰ καὶ πάνυ εὐμεθόδως καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ἐπιμελείας καὶ κρίσεως
εἶναι συντεταγμένον]. Ἀπόσπασμα ἐκ τῆς κρίσεως τῶν κριτῶν.

ΕΝ ΑΘΗΝΑΙΣ

ΕΚ ΤΟΥ ΤΥΠΟΓΡΑΦΕΙΟΥ «ΝΟΜΙΚΗΣ»

Ὁδὸς Ὁφθαλμιατρείου 5.

1899

Δημόσια Κεντρικὴ Βιβλιοθήκη Ναυπλίου
"Ὁ Παλαμήδης"

ΑΕ 009064971
ΚΟ 25814

ΔΗΜΟΣΙΕΣ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΕΣ

Δημόσια Κεντρική Βιβλιοθήκη Ναυπλίου
"Ο Παλαιός"

Διωρ 906
1941

Συ 1036

ΛΑΤΙΝΙΚΟΝ ΑΝΑΓΝΩΣΜΑΤΑΡΙΟΝ

ΠΡΟΣ ΧΡΗΣΙΝ

ΤΩΝ ΜΑΘΗΤΩΝ ΤΗΣ ΤΡΙΤΗΣ ΤΑΞΕΩΣ ΤΩΝ ΕΛΛΗΝΙΚΩΝ ΣΧΟΛΕΙΩΝ

ΥΠΟ

ΣΩΤΗΡΙΟΥ Α. ΣΑΚΕΛΛΑΡΟΠΟΥΛΟΥ

Γυμνασιάρχου ἐν Ἀθήναις καὶ καθηγητοῦ ἐν τῷ Ἀρσακείῳ.

Ἐγκριθέν ἐν τῷ διαγωνισμῷ ὑπὸ τῆς Ἐπιτροπείας
τῶν κριτῶν τῶν διδακτικῶν βιβλίων
ἐπὶ πέντε σχολικά ἔτη 1899 — 1904 - 5

[Τὸ Ἀναγνώσματάριον τοῦτο ὑπέρτερον ὢν κατὰ πολὺ τῶν συνοπο-
βληθέντων, οὐ μόνον εἶναι ἀπηλλαγμένον σφαλμάτων καὶ ἑλλείψεων,
ἀλλὰ καὶ πάνυ εὐμεθόδως καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ἐπιμελείας καὶ κρίσεως
εἶναι συντεταγμένον]. Ἀπόσπασμα ἐκ τῆς κρίσεως τῶν κριτῶν.

ΕΝ ΑΘΗΝΑΙΣ

ΕΚ ΤΟΥ ΤΥΠΟΓΡΑΦΕΙΟΥ «ΝΟΜΙΚΗΣ»

1899

Δημόσια Κεντρικὴ Βιβλιοθ.
"Ὁ Παλαμήδης"



Ἀριθ. $\frac{\text{Πρωτ. 7952}}{\text{Διεκπ. 7624}}$

Ἐν Ἀθήναις τῇ 13 Ἰουλίου 1899.



ΒΑΣΙΛΕΙΟΝ ΤΗΣ ΕΛΛΑΔΟΣ

ΤΟ ΥΠΟΥΡΓΕΙΟΝ ΤΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΩΝ ΚΑΙ ΤΗΣ
ΔΗΜΟΣΙΑΣ ΕΚΠΑΙΔΕΥΣΕΩΣ

Πρὸς τὸν κ. Σωτ. Σακελλαρόπουλον
γυμνασιάρχην.

Ἐχοντες ὑπ' ὄψιν τὸν νόμον ΒΤΓ' τῆς 12 Ἰουλίου 1895, « περὶ διδακτικῶν βιβλίων τῆς Μέσης καὶ δημοτικῆς Ἐκπαιδεύσεως » καὶ τὸ Β. Διάταγμα τῆς 10ης Ὀκτωβρίου 1895 καὶ τὴν ἐκθεσιν τῆς οἰκείας ἐπιτροπείας, τῶν κριτῶν διδακτικῶν βιβλίων τῶν εἰς τὰ ἑλληνικὰ σχολεῖα εἰσακτέων, γνωρίζομεν ὑμῖν, ὅτι ἐγκρίνομεν τὴν γνώμην τῆς ἐπιτροπείας ταύτης, ἵνα τὸ ὑμέτερον σύγγραμμα **Λατινικὸν Ἀναγνωσματάριον** τὸ κατὰ τὸν εἰρημένον νόμον ἐγκριθῇ, εἰσαχθῇ ἐν τοῖς δημοσίοις, δημοσυντηγητοῖς καὶ ιδιωτικοῖς ἑλληνικοῖς σχολείοις ἐπὶ πέντε σχολικὰ ἔτη ἀπὸ τοῦ σχολικοῦ ἔτους 1899—1905.

Ὁ Ὑπουργὸς
ΑΘ. ΕΥΤΑΞΙΑΣ

Πᾶν ἀντίτυπον μὴ φέρον τὴν ιδιόχειρον ὑπογραφήν μου θεωρεῖται κλοπιμαῖον καὶ ἐπισφύρει τὰς ὑπὸ τοῦ νόμου προβλεπομένας ποινάς.

Δημόσια Κεντρικὴ Βιβλιοθήκη Ναυπλίου
"Ὁ Παλαμήδης"

ΛΑΤΙΝΙΚΟΝ ΑΝΑΓΝΩΣΜΑΤΑΡΙΟΝ

ΠΡΩΤΗ ΚΛΙΣΙΣ

A.

1. Eurōpa est terra. 2. Italia est terra Eurōpae. 3. Italia et Graecia sunt terrae Eurōpae. 4. Italia est in Eurōpā. 5. Sicilia est insūla Italiae. 6. Britannia et Sicilia sunt insūlae. 7. In insūla sunt silvae. 8. Incolae insulārum sunt nautae. 9. Incolae Italiae sunt agricolae. 10. Aetna est in orā Siciliae. 11. Incolae orārum Italiae erant nautae. 12. Minerva erat dea. 13. Minerva et Diāna erant deae. 14. In insulis sunt silvae. 15. In silvis est umbra. 16. Umbrae silvarum delectant agricolās. 17. Diāna erat dea silvārum.

B.

1. Aquila habet alas. 2. Alae aquilārum latae sunt. 3. Vita aquilae est longa. 4. Aqua est frigida. 5. Regina habet filiam. 6. Diāna est filia Latōnae. 7. Regina habet pecuniam. 8. Agricolae pecuniam nōn habent. 9. Femīna cēnam parat agricolae. 10. Terra est ornata variis herbis. 11. Variae herbae terram ornant. 12. Puella ornat aram deae coronā. 13. Puellae aras dearum coronis ornant. 14. Discordia est saepe causa concordiae. 15. honesta vita est beata. 16. Vita agricolarum beata est. 17. Graecia est patria poetarum.

Γ.

1. Femīna multas columbas et gallinas habet. 2. Divitiae incolarum insulae magnae sunt. 3. Filiae agricolarum pulchrae sunt. 4. Incolae insularum magnas divitias habent. 5. Regīna magnas divitias habet. 6. Agricolaе uvas dōnant puellis. 7. Regina villam habet in rīpā. 8. Divitiae saepe curas parant. 9. Villa reginae in rīpā est. 10. Industria parat divitias. 11. Columba est timīda. 12. Industria est causa divitiarum. 13. Fabulae poetarum iucundae sunt. 14. Mnemōsyna erat dea memoriae. 15. Musae erant filiae Mnemosynae. 16. Aquīlae habent lātas alas. 17. Agricola uvam dōnat puellae.

ΔΕΥΤΕΡΑ ΚΑΙΣΙΣ

Α.

1. Danūvius est flūvius. 2. Rhenus est fluvius Germaniae. 3. In Eurōpā multi sunt fluvii. 4. Eurōpa multos flavios habet. 5. Aqua fluvii frigīda est. 6. Nilus et Danuvius sunt fluvii. 7. In ripis fluviorum sunt oppīda. 8. Liber puerum delectat. 9. Libri pueros delectant. 10. Homērus tuit poeta. 11. Homērus et Vergilius poētae fuērunt. 12. Mercurius deus est. 13. Mercurius et Liber dei sunt. 14. Agricolaе habent equos, asīnos, mulos, gallīnas, columbas. 15. In silvis sunt cervi. 16. Patientia asinorum magna est. 17. Filius poetae et filius agricolae amīci sunt. 18. Amicitia virorum bonorum firma est. 19. Filius agricolae mēdicus est. 20. Agricola habet multos filios. 21. Poēta

multos amicos habet. 22. In horto sunt herbae. 23. Regina habet villam et hortos. 24. Puellae aras deorum et dearum coronis ornant. 25. Hortus ornatus est rosis et violis.

B.

1. Medicina est remedium morborum. 2. Agricolae agros colunt (καλλιεργοῦσιν). 3. Mercurius, filius Maiae, nuntius deorum, amicus erat mendaciorum et furtorum. 4. Italia fuit patria Vergilii. 5. Magister laudat (ἐπαινεῖ) discipulos. 6. Magistri laudant (ἐπαινοῦσι) industriam et diligentiam discipulorum. 7. Magister habet multos discipulos. 8. Poetae laudant viros magnos. 9. Alexander Magnus erat filius Philippi. 10. Dominus laudat industriam servorum. 11. Discipulus magistro carus est. 12. Discipuli magistris cari sunt. 13. Aqua fluviorum non est pura. 14. Populus Romanus bellicosus erat. 15. Bella Romanorum non semper iusta fuerunt. 16. Graecia est patria clarorum poetarum. 17. Antiqui germani bellicosi erant. 18. Antiquos Germanos bella delectabant (ἐτερπον). 19. Filius nautae aegrōtus est. 20. Magister habet multos libros. 21. Puer in umbra libri legit (ἀναγινώσκει). 22. Modestia viros et pueros, feminas et puellas ornat. 23. Bacchus erat deus vini et uvarum. 24. Corinthus erat oppidum opulentum Graeciae. 25. Athenae, Sparta, Thebae sunt oppida Graeciae.

Γ.

1. Agricolae magnam frumenti copiam habent. 2. In templis erant statuae deorum et dearum. 3. Mundus est templum dei. 4. Aurum et argentum sunt metalla. 5. Etiam ferrum est metallum. 6. Amicitia

virorum improborum incerta est. 7. In oppīdis sunt multae viae. 8. Avus meus habēhat magnum numērum servōrum. 9. Arma populōrum antiquōrum erant gladii et hastae et clipei. 10. Oppida Graeciae pulchris aedificiis ornāta erant. 11. Numerus clarorum virorum magnus erat in Graeciā. 12. Incōlae Spartae erant Lacedaemonii, incolae Thebārum erant Thebāni, incolae Corinthi erant Corinthii. 13. Corinthiōrum divitiae magnae erant. 14. Aeōlus erat dōmīnus ventorum. 15. Ova columbārum parva sunt.

ΤΡΙΤΗ ΚΑΙΣΙΣ

A.

1. Aristotēles, discipūlus Platōnis, praeceptor Alexandri Magni fuit. 2. Demosthēnes clarus orator fuit. 3. Demosthenes et Cicēro clari oratōres fuērunt. 4. Discipūli legunt scriptōres Graecos et Latinos. 5. Imperātor Augustus amīcus erat poetarum et oratōrum. 6. Scriptores Latini noti sunt magistro. 7. Industria et diligentia discipulōrum magnam laetitiam praeceptorī parant. 8. Mercatōres habent magnas divitias. 9. Divitiae mercatorum magnae sunt. 10. Varii sunt colōres flōrum. 11. Hortus agricōlae ornātus est variis flōribus. 12. Modestia et boni mōres discipulorum magnum gaudium parant praeceptoribus. 13. Flores habent varios colores. 14. Omnes homīnes sunt mortāles. 15. In Africā sunt multi leōnes. 16. Femīnae victorem corōnā ornābant. 17. Sacerdōtes portas templōrum corōnis ornant. 18. Latrōnes insidias pa-

rant hominibus. 19. Tacītus, scriptor Romanus, scripsit (ἔγραψε) de mōribus antiquorum Germanorum.

B.

1. Apollo erat filius Latōnae et frāter Diānae. 2. Frater tuus non amat litteras. 3. Amicus frātris tui est medicus. 4. Flōrum variētas delectat poētas. 5. Odor florum suāvis est. 6. Juppīter erat pater deorum et homīnum. 7. Milītes nostri victōres sunt. 8. Acti labōres iucundi sunt. 9. Filius mercatōris habet multos praeceptores. 10. Imperator militibus suis agros dōnat. 11. Boni cīves amant patriam. 12. Philippus, rex Macedōnum, pater fuit Alexandri Magni. 13. Demosthēnes erat princeps oratōrum Graecōrum ; Cicēro erat princeps oratorum Romanōrum. 14. Demosthēnes et Cicēro erant principes oratorum antiquorum. 15. Sermo magistri iucundus est discipulis. 16. Sermones senum iucundi sunt puēris et puellis. 17. Longi sermones molesti sunt magistro nostro. 18. Timor est saepe causa pericūli. 19. Clamor hostium magnum terrorem parat ignāvis militibus. 20. Pallor non semper indicium est timoris.

Γ.

1. Pēdes elephantōrum lāti sunt. 2. Ros nocturnus nocet aegrōtis. 3. Soror amici mei uxor est magistri tui. 4. Uxor agricolae multas gallinas et columbas habet. 5. Agricola est in agro cum uxore sua. 6. In horto nostro sunt paucae arbōres. 7. In silvis copia est multarum et magnarum arbōrum. 8. Mons ornatus est multis et magnis arboribns. 9. Pater patris

mei avus meus est. 10. Leges Draconis erant nimis severae. 11. Nomen libertatis dulce est. 12. Incölæ Athenarum sunt Athenienses. 13. Amicus noster est in hortō cum fratribus tuis. 14. Omnes laudant probitatem sororum tuarum. 14. Pulchritudo urbis delectat peregrinos. 15. Magnam potestatem habebant ephōri Lacedaemoniorum. 16. Prudentia hominibus magnam auctoritatem parat. 17. Somnus est imāgo mortis. 18. Piētas est fundamentum omnium virtutum. 19. Consuetudo est altēra natura. 20. Pax longa iucunda est hominibus. 21. Multitudo hostium non erat nota militibus nostris. 22. In silvis multae sunt aves. 23. Hiēmē noctes longae sunt, aestate breves. 24. In Graeciā litterae et artes in magno honōre erant. 25. Custos virtutum omnium verecundia est. 26. Aestate calor hominibus molestus est. 27. Longae noctes molestae sunt aegrōtis hominibus. 28. In urbe nostrā multi peregrini sunt.

Δ.

1. Ludi puēris magnam voluptatem parant. 2. Vocēs avium aures meas delectant. 3. Cupiditas gloriae saepe causa temeritatis est. 4. Malae lēges civitatibus perniciosae sunt. 5. Cives laudant integritatem iudicis. 6. Orationes Demosthēnis et Cicerōnis notae sunt praeceptōri nostro. 7. Aptissima arma senectutis sunt artes exercitationesque virtutum. In mari multa variaque genera piscium sunt. 8. Rhēnus flūmen Germaniae est. 9. In Eurōpā sunt multa et magna flūmina. 10. In rīpis flūminum multa et magna sunt oppida. 11. Carmīna poetarum praeceptores nostros delectant. 12. Carmīna Vergilii magistro

nostro magnam voluptatem parant. 13. In magnis fluminibus sunt parvae insulae. 14. Nomen Demosthenis clarum est. 15. Omnium poetarum et oratorum Graecorum nomina nota sunt magistro nostro. 16. Varia sunt genera animalium. 17. Multa et varia animalia in terra et in mari sunt. 18. Magister meus habet bibliothecam multorum voluminum. 19. Ius civile Romanorum notum est omnibus iuris peritis. 20. Iura plebis Romanae saepe fuerunt causa discordiae civium. 21. Egregia sunt Homeri poemata. 22. Corpus humanum caducum est. 23. Caput est pars corporis. Frons, oculi, aures sunt partes capitis. 24. Elephanti habent magna capita, parvos oculos, longas aures, largos pedes. 25. Mel est dulce. Lac est album. Fel est amarum. 26. Ebur pretiosum est. In templo erat statua ex ebore. 27. Camelus magna onera portat. 28. Nivium frigus hiemis nocet vitibus. 29. Antiquis temporibus nepotes saepe nomina avorum habebant. 30. Omnia scelera et flagitia improbi hominis nota erant iudici. 31. Milites nostri habent magnas vires corporis. 32. Vulnera fuerunt causa mortis multorum militum. 33. Flumina habent ripas mare litora habet. 34. Multa litora sunt periculosa nautis.

ΕΠΙΘΕΤΑ ΤΗΣ ΤΡΙΤΗΣ ΚΑΙΣΕΩΣ

A.

1. Acre est discipulorum studium. 2. Acris est industria incolarum huius (ταύτης) insulae. 3. Studium acre discipulorum delectat magistros. 4. Magna fuit

fortitudo copiarum pedestrium. 5. Cervus est celer. 6. Equi Arābū celēres sunt. 7. Rex habet equos celeres. 8. Amāra medicīna saepe salubris est. 9. Homērus fuit poēta celeber. 10. Homēri poemata sunt celebria. 11. Corinthus erat urbs celebris Graeciae. 12. Tyrus antiquis temporibus erat oppidum celēbre. 13. Antiochia et Ephēsus celebres et opulentae urbes Asiae erant. 14. Odium acre inimicōrum periculōsum est. 15. Demosthēnes erat adversarius ācer Philippi, rēgis Macedōnum. 16. Senum consilia saepe salūbria sunt civitatibus. 17. Uvae acerbae non sunt salūbres. 18. Aves sunt volūcres. 19. Lepōres sunt celēres. 20. Graecia est terra parva, sed celēbris. Agri Graeciae sunt fertiles, caelum salubre.

B.

1. Copiae pedestres Romanōrum hostibus magnam clādem parābant, sed in equestri proelio hostes victōres erant. 2. Multae regiōnes Germaniae sunt palustres. 3. Demosthēnes et Cicēro viri aerī ingenio et magno amōre patriae erant. 4. Vita homīnum brevis est. 5. Aestāte noctes sunt breves. 6. Corpus humanum mortale est; ānīmus est immortalis. 7. Patria est māter commūnis omnium civium. 8. Servus domīno fidēlis erat. Non omnes servi fideles sunt dominis. 9. Illustris fuit victōria Graecōrum apud Salamīnem. 10. Non omnes cibi hominibus salutares sunt. 11. In silvis multae aves voce suavi aures homīnum delectant. 12. Mel dulce est. Uvae matūrae sunt dulces. Vina Campaniae dulcia sunt. 13. Rēges Persarū crudēles erant. 14. Voces multarū avium suaves sunt. 15. Non omnes cives Romani periti erant iuris civilis.

16. Bella civilia perniciosā sunt. 17. Vina dulcia Campaniae Romanos delectabant. 18. Ignāvia fuit causa turpis fugae hostium. 19. Nostri ōrum milītum victōria fuit illustris. 20. Mediocre est ingenium discipuli tui. 21. Discipulus tuus mediocri ingenio est. 22. Praecepta senum iuvenibus utilia sunt.

Γ.

1. Nautae sunt audaces. 2. Non omnes senes loquāces sunt. 3. Viri prōbi et sapientes omnibus hominibus cāri sunt. 4. Corinthii erant divites. 5. Tyrus erat patria nautarum audacium. 6. Rēges Persarum potentes divitesque fuērunt. 7. Vir bonus beneficii memor est. 8. Exempla virōrum proborum et sapientium omnibus hominibus utilia sunt. 9. Homines grati memōres beneficiōrum sunt. 10. Sulla erat vir fortis et prūdens. Sullae cognōmen erat Felix. 11. Vetus est amicitia nostra. 12. Vetere amicitia coniuncti (συνδεδεμένοι) sumus. 13. Vetēres sunt inimicitiae Germanōrum et Gallōrum. 14. Attenti et diligentes discipuli praeceptoribus magnam laetitiam parant. 15. In omnibus periculis milites Hannibālis fortes et constantes fuērunt. 16. Tristis erat conditio servōrum apud vetēres Romanos. 17. Homīnes ingrāti immemōres sunt beneficiōrum. 18. Multi viri docti et sapientes in urbe Atheniensium fuērunt. 19. Ingentes erant opes et divitiae in colōniis potentibus Graecōrum.

TETARTH KAIΣIΣ

A.

1. Fructus matūri sunt dulces. 2. Fructus dulces delectant puēros. 3. Cōpia fructuum dulcium pueros et puellas delectat. 4. Sensūs nostri sunt: visus, auditus, olfactus, gustus, tactus. 5. In capite est sēdes omnium sensuum. 6. Omne animal habet sensūs. 7. Voluptas sensibus iucunda, corporibus saepe perniciosā est. 8. Cantus multarum avium auribus nostris iucundus est. 9. Aves cantū suo aures hominū delectant. 10. Exercitus noster habet ducem fortem et prudentem. 11. Dux exercitus nostri fortis et prudens est. 12. Portūs sunt refugia navium. 13. Fortitudo militum nostrorum ingenti hostium exercitui perniciosa fuit. 14. In portū sunt multae naves. 15. Manus agricolarum callōsae sunt. 16. In exercitū Graecorum Achilles fuit miles fortis et celer. 17. Fortitudo equitatus Romani Caesari victoriam et gloriam paravit. 18. Auctoritas senātus Romani apud omnes gentes magna erat. 19. Duces exercituum Romanorum erant fortes et bellicōsi. 20. Adventus Germanorum non modo incolis Galliae, sed etiam civibus Romanis et senatui magistratibusque Romanorum magnum terrorem paravit.

B.

1. Antiquis temporibus usus navium longarum multis populis non erat notus. 2. Usus armōrum milites nostros delectat. 3. Exitus proelii fuit infelix 4.

Homines imprōbi tristes exitus habent. 5. Marius exercitui Cimbrorum gravem cladem paravit. 6. Vultus hominum quasi speculum animi sunt. 7. In Graecia sunt multi et boni portus. 8. In portibus Atheniensium erant multae naves. 9. Magna erat auctoritas Cicerōnis in senatū Romāno. 10. Ingens fuit clades exercitus nostri. 11. Mōtus corpōri humanō salutāris est. 12. Canis fidēlis custos est domūs. 13. Nauta habet callōsas manus. 14. Interitus legionum imperatōri magnum dolorem paravit. 15. Magistrātus custōdes lēgum sunt. 16. In Helvetiā sunt multī lacus. 17. In lacūbus et in fluviis et in marī multa variaque piscium genera sunt. 18. Agricōla multos equos et multos currūs habet. 19. Strepitus armōrum indicat (δεικνύει) adventum copiarum pedestrium. 20. Manus manum lavat (νίπτει). 21. Boves habent cornūa. 22. Cornua boum dūra sunt. 23. In dextro cornū exercītus erant equites; in sinistro cornū erant socii. 24. Pedes et genua sunt partes corpōris. 25. Magna est duritia cornuum bovis. 26. Vires boum magnae sunt; cornua boum brevīa sunt; nonnullis būbus longa cornua sunt. Oves cornua non habent.

ΠΕΜΠΤΗ ΚΑΙΣΙΣ

Α.

1. Hiēme diēs breves sunt. 2. Aurōra est initium diēi. 3. Aestate diēs longi sunt. 4. Nomīna diērum sunt: diēs Sōlis, diēs Lūnae, diēs Martis, diēs Mercurii, diēs Iōvis, diēs Venēris, diēs Saturni. 5. Hospes mansit (ἔμεινεν) in urbe nostra tres menses et viginti (εἴκοσι) diēs. 6. Hominibus doctis multae res

notae sunt. 7. Exitus multarum rerum incertus est. 8. Sapientia est rerum divinarum humanarumque scientia. 9. Species humana pulchra est. 10. Spes hominum saepe fallaces sunt. 11. Vis sp̄i in animis hominum magna est. 12. Fides amicorum hominibus mis̄ris magnum solācium est. 13. Senatus Romanus fidem sociorum laudavit (=ἐπ'ῆνεσεν). 14. Brevitas dierum hominibus industriis non est iucunda. 15. Fortitudo militum nostrorum hostibus perniciem paravit. 16. In planiciē Marathōniā Miltiades victor fuit ingentis exercitūs Persarum. 17. Homines in rebus secundis multos amicos habent. 18. Discordia civitātum libertati Graeciae perniciem paravit. 19. Misera est rerum humanarum conditio. 20. Frons, oculi, nasus, os, sunt partes faciēi. 21. Senum consilia rei publicae utilia fuerunt. 22. Bellum civile rei publicae perniciosum fuit. 23. Bella civilia rebus publicis perniciosa sunt. 24. Cicero rem publicam magno periculo liberavit (=ῆλευθέρωσε, μετ' ἀγαιρ.). 25. Cicero amicus erat rei publicae. 26. Themistōcles rem familiārem neglegēbat (=ῆμέλει).

ΣΥΓΚΡΙΣΙΣ ΤΩΝ ΕΠΙΘΕΤΩΝ

A.

1. Hiēme noctes longiōres sunt quam dies; aestate dies longiores sunt quam noctes. 2. Oratōres Graeci clariōres fuerunt quam oratores Romanōrum. 3. Epistūla tua longior est quam epistūla amici tui. 4. Nilus longior et lātior est quam Danuvius. 5. Aestas multis hominibus iucundior est quam hiems.

6. Lēges Dracōnis severiōres erant quam lēges Solōnis. 7. Aestāte noctes breviōres sunt quam dies ; hiēme dies breviōres sunt quam noctes. 8. Senes sapientiōres sunt quam iuvenes. 9. Consilia senum utiliōra sunt quam consilia iuvēnum. 10. Paupēres fidiōres amīcos habent quam divītes. 11. Antiquis temporibus Romāni breviores gladios habēbant quam Germāni. 12. In magnis urbibus pulchriōra aedificia sunt quam in parvis. 13. Magister vester sevērior est quam noster. 14. Carmīna Homēri admirabiliōra sunt quam carmina Vergīlii. 15. Magnae urbes pulchriōribus aedificiis et monumentis ornatae sunt quam parvae. 16. Montes Asiae altiōres sunt quam montes Europae.

B.

1. Alpes altissīmi montes Europae sunt. 2. Aestāte dies sunt longissīmi. 3. Nilus flūmen longissimum et latissimum est. 4. Demosthēnes et Cicero clarissīmi oratores fuerunt. 5. Avus meus habet servos fidelissimos. 6. Praecepta senum iuvenibus utilissima sunt. 7. Urbs nostra pulcherrimis aedificiis ornāta est. 8. Hannibal fuit vir fortissimus et bellicosissimus. 9. Gens Sueborum fuit fortissima et bellicosissima. 10. Nero fuit crudelissimus omnium imperatōrum Romanōrum. 11. Bella civilia rei publicae Romānae perniciosissima fuerunt. 12. Epistūla tua, carissime amice, brevissima fuit. 13. Antiquissimis temporibus Persae fortissimi et bellicosissimi fuerunt. 14. Rēges Persarum potentissimi et divitissimi erant.

Γ.

1. Turris altior est quam domus. 2. Mures et lepores sunt timidiores quam columbae. 3. Fortes milites impētus vehementissimos hostium nōn timent (=φοβοῦνται). 4. Levissimae res sunt saepe causae gravissimarum rerum. 5. Libertati Graeciae perniciosissima fuit discordia civitatum. 6. Ver iucundius est quam aestas. 7. Mare nautis et navibus periculōsius est quam flumina. 8. Nihil rei publicae Romanae perniciosius fuit quam bella civilia. 9. In periculis nihil hominibus utilius est quam concordia. 10. Prudentius est consilium senis quam consilium iuvenis. 11. Eurybiādes prudentissimum consilium Themistōclis laudavit. 12. Turpissima fuit militum fuga. 13. Nemo fuit audācior quam Catilina. 14. Filia agricolae pulchrior est quam filia nautae. 15. Proserpina, filia Iōvis et Cerēris, virgo pulcherrima erat. 16. Niōba, Tantāli filia, femina pulcherrima et propter magnum numērum liberōrum superbissima erat. 17. Urbs Byzantiōrum ornatissima erat pulcherrimis signis. 18. In urbe Byzantium magna copia erat pulcherrimōrum signōrum. 19. Equi breviores aures habent quam asini.

Δ.

1. Sensus multarum bestiarum acriores sunt quam sensus hominum. 2. Multae bestiae acriores habent sensus quam homines. 3. P. (=Publius) Clodius erat acerrimus inimicus Cicerōnis. 4. Acerrimum erat odium P. Clodii in Ciceronem (=κατὰ τοῦ Κ.). 5. Canes

habent acerrimos sensus. 6. Equi sunt celeriores quam asini. 7. Equi Arabum celerrimi et pulcherrimi sunt. 8. Mel dulcissimum est. 9. In horto nostro sunt altissimae arbores. 10. In arboribus magna copia est dulcissimorum fructuum. 11. Nulla urbs Graeciae celebrior fuit quam Athenae. 12. Athenae, urbs celeberrima Graeciae, fuit patria clarissimorum virorum. 13. Fluvii longiores, latiores et altiores sunt quam rivi. 14. Aurum est pretiosius quam argentum. 15. Aurum est omnium metallorum pretiosissimum. 16. Gloriosissima fuit mors fortissimorum militum. 17. Nihil est amabilius virtute (=quam virtus). 18. Nihil est candidius nive (=quam nix). Nihil est dulcius melle (=quam mel). 19. Aestate dies longiores sunt noctibus (=quam noctes). 20. Aestate noctes breviores sunt diebus.

E.

1. Sol maior est quam terra. 2. Elephanti habent maxima capita. 3. Nilus est flumen maximum et latissimum. 4. Minimae res saepe sunt causae maximarum rerum. 5. Terra minor est quam sol. 6. Ova gallinarum maiora sunt quam ova columbarum. 7. Maiorem potestatem habebant dictatores quam consules. 8. Pax melior est quam bellum. 9. Vires elephantis maiores sunt quam vires equi. 10. Vires animi meliores sunt quam vires corporis. 11. Melior pars nostri (=ἡμῶν) immortalis est. 12. Aqua salubrior est quam vinum. 13. In Graecia aer est saluberrimus. 14. Veterrima vina suavissima sunt. 15. In silva est maximus numerus altissimarum arborum. 16. Cicero non modo clarissimus orator sed etiam optimus civis fuit.

17. Bonum est consilium tuum, amice, sed multo melius est consilium patris mei. 18. Amoris simulatio peior est quam apertum odium. 19. Multi homines pauperes feliciores sunt quam multi homines divites. 20. Cicero fuit omnium oratorum Romanorum eloquentissimus. 21. Lupus cani simillimus est. 22. Labores difficillimi saepe iucundissimi sunt. 23. Tempia veterum Graecorum et Romanorum magnificentissima erant. 24. Somnus est simillimus morti.

SUM, FUI, ESSE

A.

1. Graecus sum. Graeci sumus. 2. Amicus sum fratris tui. 3. Frater tuus amicus meus est. 4. Omnibus amicis tuis carissimus es. 5. Magistro cari et iucundi estis. 6. Si beneficiorum immemores estis, ingrati homines estis. 7. Discipuli attenti et diligentes magistro cari et iucundi sunt. 8. Non omnes sumus docti. 9. Modesti este, pueri. 10. Attenti este, discipuli. 11. Modestae este, virgines; nam modestia laudem magnam parat. 12. Iudices semper iusti sunt. 13. Homo sum. 14. Homo semper memor sit mortis. 15. Aequi et iusti simus, amici. 16. Si sorte nostra contenti sumus, beati sumus. 17. Attentus et diligens sum, frater, ut magistro carus sim. 18. Diligentes este, pueri, ut magistro cari et iucundi sitis. 19. Sorte nostra contenti simus, amici, ut beati simus. 20. Patria omnibus cara sit. 21. Discipuli sunt attenti et studiosi, ut magistro cari et iucundi sint. 22. Sorte tua contentus esto, ut beatus sis.

B.

1. Magister noster semper sevērus erat. 2. Non eram diligens, quia aegrotus eram. 3. Magistro meo semper carus eram, quia semper attentus et diligens eram. 4. Antea inimicus meus eras, nunc amicus es meus. 5. Omnes in metū erāmus; nam in magno periculo eramus. 6. Ubi eratis, pueri?—Eramus in horto cum aliis pueris. 7. Si essem inimicus tuus, amicis tuis carus non essem. 8. Si esses attentus et diligens, carissimus esses magistro. 9. Omnes homines beati essent, si essent sapientes. 10. Si attentī essētis, pueri, magister non esset sevērus. 11. Consilia tua, amice, fratri meo utilia erunt. 12. Si avarus eris, numquam felix eris. 13. Si probi homines eritis, amici, laetitia patris vestri magna erit. 14. Si semper amicus meus eris, numquam inimicus tuus ero. 15. Brevi tempore feriae erunt. 16. Milites fortiores erunt, si rex in pugna dux copiarum erit.

Γ.

1. Gloria Graecorum magna fuit; nam victores Persarum fuērunt. 2. Gloria vestra, Graeci, magna fuit; nam victores Persarum fuistis. 3. Magistro tuo, mi fili, carissimus es; nam semper discipulus attentus et diligens fuisti. 4. Consilia praeceptoris discipulis utilia fuērunt. 5. In pugna Marathonīa numerus Persarū maior fuit quam numerus Graecorum. 6. Ubi fuisti heri?—Fui domi, nam aegrotus eram. 7. Ubi fuistis, pueri?—Fuimus in horto cum filiis agricolae. 8. Apud Cannas clades Romanorum tanta fuit,

ut numquam res publica Romana in maiore periculo fuërit. 9. Discessus hostium civibus optatissimus fuit; nam adventus hostium causa terroris maximi fuërat. 10. Persae fortiores fuissent, si rex in pugnä dux copiarum fuisset. 11. Si attenti fuissëtis, pueri, praeceptor non fuisset sevërus. 12. Fidi amici esse debemus (=ὁφείλομεν). 13. Nero crudelissimus fuisse dicitur (=λέγεται).

ΣΥΝΘΕΤΑ ΤΟΥ ΕΣΣΕ

1. Hora cenae adest. 2. Veri amici in rëbus adversis adsunt amicis. 3. Omnes discipuli adsunt; nemo abest. 4. Pater meus abest; brevi tempore adërit. 5. Omnes, qui (=οἱ) adërant, orationem meam laudavërunt (=ἐπήνεσαν). 6. Hominibus pauperibus adesse debëmus (=ὁφείλομεν). 7. Castra hostium non multum abërant ab urbe. 8. Longum tempus āfuiſti. 9. Castra Romanorum a castris hostium mille passūs abërant. 10. Si imperator in castris adfuiſſet, milites fortiores fuissent. 11. Utinam rex et regina adfuiſſent! Oratio mea iis (=αὐτοῖς) grata fuisset. 12. Achilles diu ab omnibus pugnis āfuit. 13. Victus militibus non dëest; copia magna frumenti in castris est. 14. Multis animalibus desunt pedes. 15. Militibus nostris duces fortes et perīti non deerunt. 16. Viris bonis amici fideles non desunt. 17. Rei publicae Romanae praeërant consules. 18. Si copiis nostris dux fortis et belli peritus praeſuiſſet, victoria certa fuisset. 19. In pugnä Marathonias Miltiades Atheniensibus praeërat. 20. Utinam sermoni nostro pater tuus interesset. 21. Miles multis proeliis interfuit. 22. Avaro omnia desunt, inōpi pauca, sapienti nihil.

ΠΡΩΤΗ ΣΥΖΥΓΙΑ

I. ΕΝΕΡΓΗΤΙΚΗ ΦΩΝΗ

A.

1. Parentes amant filios; filii amant parentes. 2. Ama patrem et matrem, fratres et sorores. 3. Catilina non amabat patriam. 4. Pröbos homines amāmus, im-
pröbos non amamus. 5. Magister laudat bonos disci-
pulos. 6. Romani Tarquinium Superbum non ama-
bant, quod (=δύοι) erat rex iniustus et crudelis. 7. Homines probos honesta studia delectant. 8. Viros doctos libri et litterae delectant. 9. Aves cantu suo aures nostras delectabant. 10. Antiquissimus tempo-
ribus Germani non habitabant in oppidis. 11. Ubi ha-
bitat amicus tuus?—habitat in urbe. 12. Amate pa-
trem et matrem. 13. Leonem homines nominant re-
gem bestiarum. 14. Parentibus meis semper obtem-
perabo. 15. Scriptores veteres partem Arabiae nomi-
nabant felicem Arabiam. 16. Omnes cives Ciceronem
amābant et laudābant, quod rem publicam Romanam
a magno periculo servāverat. 17. Milites fortes Athe-
niensium patriam ab interitū servavērunt. 18. Litterae iuventutem ornant et senectutem delectant. 19. Cantu vestro, pueri, aures meas delectavistis. 20. Discipulo tuo, magister, magnam laetitiam paravisti, quod eum (=αὐτόν) laudavisti. 21. Si erit attentus et diligens, semper eum laudābo. 22. Boni discipuli praeceptoribus suis semper obtemperant. 23. Exercitus Romanorum urbem hostium expugnāvit et omnes agnos hostium vastāvit. 24. Athenienses Miltiadem

proditionis accusavērunt. 25. Athenienses Socratem capitis damnaverunt. 26. Ingrati fuistis, Athenienses, quod viros optimos necavistis.

B.

1. Amēmus patrem et matrem! Laudēmus probos homines, imprōbos vituperēmus. 2. Parentibus et praeceptoribus nostris semper obtemperēmus. 3. In rēbus secundis ne simus superbi, in adversis ne desperēmus. 4. Milites fortes in periculis numquam desperabunt. 5. Donec eris felix, multos numerabis amicos. 6. Non postulo, ut ames improbos homines. 7. Cura, puer, ut praeceptor industriam tuam laudet. 8. Curate, pueri, ut parentibus vestris laetitiam parētis. 9. Curabimus, ut industriam et diligentiam nostram laudētis. 10. Magistratus postulant, ut omnes cives legibus rei publicae obtempērent. 11. Praeceptor discipulos suos laudāret, si diligentes essent. 12. Dux imperavit, ut milites proelium renovārent. 13. Carthaginienses Hannibālem ex Italiā revocavērunt, ut in Africā cum Romānis pugnaret et patriam periculo liberaret. 14. Nisi socii adfuissent, hostes urbem nostram expugnavissent. 15. Si attentus et diligens fuisses, magister te (= σὺ) laudavisset. 16. Athenienses, nisi ingrati fuissent, Miltiadem prodictionis non accusavissent. 17. Si fortes essētis, milites, non desperarētis. 18. Si parentibus tuis, obtemperāres, omnes te laudarēmus. 19. Si adfuisses, orationem magistri laudavisses. 20. Alexander Magnus Thebas non expugnavisset, si Thebani fortiores fuissent. 21. Medicum vocavimus, ut fratrem aegrotum sanaret. 22. Athenienses, si iusti fuissent, Socratem capitis non damnavissent. 23. Errare

humanum est. 24. Parentibus nostris semper obtemperare debemus. 25. Difficile est inimicos amare. 26. Crudele est hominem innocentem capitis damnare. 27. Magna laus est patriam ab interitu servavisse. 28. Graeci Romanos sapientia superavisse videntur (= φαίνονται).

II. ΠΑΘΗΤΙΚΗ ΦΩΝΗ

A.

1. Liberi a parentibus amantur. 2. Parentes a liberis amantur. 3. Boni discipuli a magistro laudantur. 4. Leo nominatur rex bestiarum. 5. Pars Arabiae a veteribus scriptoribus Felix Arabia nominabatur. 6. A pueris et puellis arae deorum coronis ornabantur. 7. Cicero ab omnibus civibus amabatur et laudabatur, quod rem publicam Romanam a magno periculo servaverat. 8. Semper a magistro laudaris, mi fili, quod es semper attentus et diligens. 9. Ab omnibus hominibus amāmini et laudāmini, pueri, quod estis modesti et probi. 10. Si semper probus eris, ab omnibus amāberis et laudāberis. 11. Nisi socii brevi tempore adērunt, urbs nostra ab hostibus expugnābitur. 12. Cantu vestro, pueri, maxime delectamur. 13. Litteris inventus ornatur et senectus delectatur. 14. Benignitas imperatoris Titi ab omnibus Romanis laudabatur. 15. Rex bonus appellatur pater patriae. 16. Autumno agri ab agricolis arantur. 17. Ab omnibus hominibus vituperabimini, pueri, si improbi eritis; si probi eritis, ab omnibus amabimini et laudabimini. 18. Apud Romanos pueri a servis educabantur. 19. Magistratus Romanorum a populo in contionibus creabantur. 20.

A magistro laudabamini, quod attentī et diligētes eratis. 21. Agri nostri ab hostibus vastati sunt. 22. Mēdicus a patre vocātus est, ut filium aegrotum sanāret. 23. Cicero pater patriae appellātus est. 24. Roma a Romūlo aedificata est. 25. Romulus et Remus, conditores Romae, a pastore educati sunt. 26. Multae iam urbes a militibus nostris occupatae sunt. 27. Pompēi consilia Caesāri ab amicis nuntiāta sunt. 28. Consilia mala Catilinae Ciceroni a Fulviā indicāta sunt. 29. In bello multae urbes hostium a Romanis expugnatae sunt. 30. Miltiades ab ingrātis civibus proditiōnis accusatus est. 31. Socrātes ab iniustis iudicibus capitis damnatus est. 32. Hodie a magistro laudatus sum. 33. Quamquam superati sumus, tamen non desperamus. 34. Romani, quamquam ab Hannibāle saepe superati erant, tamen non desperaverunt. 35. Pax erit, si urbs hostium a militibus nostris occupata erit.

B.

1. Naturā fit (=συμβαίνει), ut liberi a parentibus amentur. 2. Cura, mi fili, ut ab omnibus iure (=δικαιως) laudēris et amēris. 3. Diligētes este, discipūli, ut a magistro laudēmini. 4. Semper diligētes erimus, ut a magistro laudēmur et amēmur. 5. Probitas ab omnibus hominibus semper magni aestimētur. 6. Optamus, ut ab omnibus hominibus amēmur et laudēmur. 7. Opto, ut ab optimis hominibus amer et lauder. 8. Opto, ut omnes urbes hostium a militibus nostris expugnentur. 9. Si praeceptis magistri semper obtemperāres, laudarēris a patre. 10. Thēbae ab Alexandro Magno non expugnatae essent, si

Thebani fortiores fuissent. 11. Thrasybūlus tantā constantiā, fide, amorē patriae erat, ut ab omnibus civibus amarētur et magni aestimaretur. 12. Si diligentior fuissēs, non vituperatus esses a magistro. 13. Si in urbe adfuissēs, a fratre meo ad cenam invitatus esses. 14. A viris bonis et sapientibus laudari vera laus est. 15. Superari et fugari turpē est militibus. 16. Postquam diu a Romanis cum Carthaginiensibus de imperio certatum est, urbs Carthaginiensium a Scipione expugnata est. 17. Bellum erat inter Lacedaemonios et Athenienses. Postquam a Lacedaemoniis Athenienses superati et Athenae occupatae sunt, triginta (=τριάκοντα) tyranni imperium urbis habebant. Thrasybūlus patriam suam dominatione tyrannorum liberavit. Thrasybulus tanta erat constantiā, fide, amore patriae, ut ab omnibus civibus amarētur et magni aestimaretur. Critias erat princeps tyrannorum. Critias contra Thrasybulum pugnans in proelio necatus est; copiae tyrannorum fugatae sunt. Postquam Athenienses libertatem recuperaverunt, Thrasybulus legem rogavit, ut amici tyrannorum omni poena liberi essent. Thrasybulus parvo praemio contentus fuit; a populo coronā donatus est.

ANTONYMIAI

I. ΠΡΟΣΩΠΙΚΑΙ ANTONYMIAI

1. Ego sum Graecus; vos Germani estis. 2. Ego te laudo, tu me vituperas. 3. Rem iucundissimam tibi, frater, narrabo, si attentus eris. 4. Cantu tuo

nos delectavisti. 5. Laudarēmus vos, pueri, si diligētiore^s essetis. 6. Epistula tua, frater, nobis magnam voluptatem paravit. 7. Mihi es carissimus, mi fili, quia semper mihi obtempēras. 8. A me laudabimini, discipuli, si diligentes fueritis (μελλ.). 9. Ira semper a vobis absit, amici, nam ira hominibus perniciosissima est. 10. Mei semper memor fuisti, amice. 11. Tui, amice, semper memor ero; oro te, ut mei memor sis. 12. Notae sunt nobis orationes Ciceronis. 13. In me et in te et in nobis omnibus est animus immortalis. 14. Nemo vestrum a magistro laudatus est. 15. Nemo nostrum convivio interfuit. 16. Oro vos, amici, ut omnes mihi in iudicio adsitis. 17. Fabula belli Troiani nobis a praeceptore narrata est. 18. Servus nobis adventum tuum nuntiavit. 19. Consilium tuum, amice, utilissimum mihi fuit. 20. Vos Graeci estis; nos cives Romani sumus. 21. Amicus tuus fuit mecum in horto. 22. Fratres tui multos annos fuērunt nobiscum in Germania. 23. Notum est vobis dictum Biantis: «omnia mea mecum porto». 24. Amicus nos ad se vocavit. 25. Homo doctus in se semper divitias suas habet. 26. Nemo nostrum sine vitiiis est. 27. Animus, melior pars nostri, immortalis est; corpus mortale est. 28. Consilium vestrum non nobis, sed vobis utile erit. 29. Socrātes multos amicos et discipulos secum habebat. 30. Semper vobiscum ero.

II. ΔΕΙΚΤΙΚΑΙ ΑΝΤΩΝΥΜΙΑΙ

A.

1. Hic liber donatus est mihi a magistro. 2. Pater huius pueri nauta est. 3. Huius viri sapientia ad-

mirabilis est. 4. Haec res vobis utilis erit. 5. Haec puella filia est amici mei. 6. Pater huius puellae divitissimus est. 7. Incolae huius insulae industrii et laboriosi sunt. 8. Hoc flumen latius et quam cetera flumina Graeciae. 9. Cursus huius fluminis longissimus est. 10. Huic puero nihil est iucundius quam ludus. 11. Huic puellae donabo librum. 12. Pater horum puerorum mercator est. 13. Fructus harum arborum dulces sunt. 14. Huic puero nomen Miltiades est. 15. In hac urbe habitavi multos annos. 16. Haec urbs ornata erat pulcherrimis signis. 17. In hoc oppido amicus meus habitat. 18. Omnes hi agri ab hostibus vastati sunt. 19. Hos discipulos praeceptor semper laudat, quia sunt diligentes. 20. Hi discipuli semper a magistro laudantur. 21. Hae arbores altissimae sunt. 22. Haec maria omnibus nautis nota sunt. 23. Magna fuit fortitudo militum in hoc bello. 24. Romulus et Numa Pompilius fuerunt primi reges Romanorum; ille bellicosus erat, hic erat pius. 25. Hoc oppidum pulchrius est quam illud oppidum. 26. Incolae huius insulae divitiores sunt quam incolae illius insulae. 27. Hunc librum donabo illi puero. 28. Illius viri nomen semper clarissimum erit. 29. Illorum temporum memoria mihi iucundissima est. 30. Pater illarum puellarum praeceptor est horum puerorum. 31. Huius urbis, illius maris, illorum montium altissimorum semper memor ero.

B.

1. Apollo erat filius Latonae; Diana erat filia eius. 2. Catilina homo improbus fuit; consilia eius rei publicae Romanae perniciose erant. 3. Amicus

meus est medicus; pater eius mercator est. 4. Rex homo est iustissimus; omnes cives eum amant. 5. Regina est optima mulier; omnes cives eam amant. 6. Filii agricolae sunt optimi pueri; magister eos semper laudat. 7. Rex praemia militibus donavit; nam fortitudo eorum in bello maxima fuit. 8. Filiae tuae sunt modestae; omnes eas laudant. 9. Imperator exercitus nostri hostes superavit et castra eorum expugnavit. 10. Filiae medici modestae sunt; omnes homines earum modestiam laudant. 11. Rex imperatorem laudavit et praemium magnum ei donavit. 12. Hic puer Indo maxime delectatur; nihil ei iucundius est quam ludus. 13. Hi milites sunt bellicosissimi; bella iis semper iucunda sunt. 14. Alexander Magnus Homēri carmina etiam in bellis secum habebat, quod iis maxime delectabatur. 15. Classis Romanorum magna erat; tempestas ei interitum paravit. 16. Sorores amici mei tam modestae sunt, ut omnes homines eas laudent. 17. Carthago et Corinthus eodem anno a Romanis expugnatae sunt. 18. Ego et frater tuus multos annos in iisdem aedibus habitavimus. 19. Tu et amicus tuus in eodem periculo fuistis. 20. Dux peditum et dux equitum non eandem sententiam habebant. 21. Me et patrem tuum eadem studia delectant. 22. Hic puer ipse se laudat. 23. Homines sapientes se ipsi non laudant. 24. Postquam Romani apud Cannas ab Hannibale superati sunt, Roma ipsa in magno periculo fuit. 25. Hannibal se ipse venenō necavit. 26. Exercitui hostium rex ipse praefuit. 27. Homo ipse est faber fortunae suae. 28. Caesar et Hannibal clarissimi duces belli fuerunt; illum Brutus et Cassius necaverunt, hic se ipse veneno necavit.

III. ΑΝΑΦΟΡΙΚΑΙ ΑΝΤΟΝΥΜΙΑΙ

1. Beati sunt parentes, qui bonos et probos liberos habent. 2. Beatus est is, qui sorte sua contentus est. 3. Eum hominem beatum nomino, qui veros amicos habet. 4. Urbs, quae ab hostibus expugnata est, magnificis monumentis pulcherrimisque aedificiis ornata est. 5. Cicero, cuius orationes tibi notae sunt, eloquentissimus Romanorum fuit. 6. Praeceptor vituperat eos pueros, quibus nihil iucundius est quam ludus; laudat autem (=δει) eos pueros, quibus labor iucundus est. 7. Alexander Magnus, cuius nomen clarissimum est, rex Macedoniae fuit. 8. Pater laudavit librum, quem tu mihi donavisti. 9. Oppidum, quod Romulus aedificavit, parvum erat. 10. Romani, quorum fortitudo magna erat, omnes gentes Italiae superaverunt. 11. Non eum nominamus divitem, cuius divitiae magnae sunt, sed eum, qui paucis rebus contentus est. 12. Oppidum nostrum, cuius muri firmi et alti sunt, hostes non expugnabunt. 13. Urbes, quarum muri altissimi erant, ab hostibus non sunt expugnatae. 14. Eos amamus, quorum exemplo ad virtutem incitamur. 15. Croesus habitabat in urbe, cui nomen erat Sardes. 16. Illo tempore, quo tu in Graecia fuisti, ego in Germania fui. 17. Libri, quos mihi donavisti, maxime me delectant. 18. Puellae, quas laudas, filiae sunt agricolae. 19. Ea iucundissima amicitia est, quam morum similitudo coniunxit (=συνέδεσεν). 20. Pythagoras omnibus temperantiam, commendabat, quae est mater omniurproptutum. 21. Ea oppida, in quibus boni cives sunt, meliora sunt quam ea oppida, quorum muri altissimi et firmissimi sunt. 22. Iudices, a quibus Socrates capitis damnatus est,



iniusti fuerunt; cives, a quibus accusatus est, ingrati, fuerunt. 23. Tempia, quae a Graecis et Romanis aedificabantur, pulchra erant. 24. Urbs Carthaginiensium, quibuscum (=cum quibus) Romani de imperio diu certaverunt, a Scipione expugnata est. 25. Exercitus Persarum, cui Mardonius praeerat, apud Plataeas fugatus est a Graecis, quibus Pausanias praeerat. 26. Gentes Galliae, quibuscum Romani diu bellaverunt, fortes fuerunt. 27. Non is bonus est, qui se ipse laudat, sed is, quem optimi homines laudant.

IV. ΕΡΩΤΗΜΑΤΙΚΑΙ ΑΝΤΩΝΥΜΙΑΙ

1. Quis Persas apud Marathōnem superavit?—Miltiades. 2. Quis fuit praeceptor Alexandri Magni?—Aristotēles. 3. Quis appellatus est a Romanis pater patriae?—Cicero. 4. Quem Romani patrem patriae appellaverunt?—Cicerōnem. 5. A quo Persae apud Marathōnem superati sunt?—a Miltiade. 6. Quis narravit vobis fabulam belli Troiani?—Magister nobis eam narravit. 7. Quid vobis narravit magister?—Fabulam belli Troiani. 8. Quid iniquius, quid crudelius est quam hominem innocentem capitis damnare! 9. Quis Graecorum iustior fuit quam Aristides, quis sapientior quam Socrates! 10. Quis pro patria pugnare dubitabit! 11. Quis vestrum, pueri, medicum vocavit? 12. Quis vestrum, filii, huic puero librum donavit? 13. Cui libros tuos, frater, donavisti? 14. Cuius carmina et iuvenes et senes semper delectant?—Homēri. 15. Ἡ δὲ fabula vobis a magistro narrata est? 16. Quam fabulam vobis narravit magister? 17. Quod malum gravius est quam bellum civile?

18. Cuius poetae carmina omnes delectant? 19. Quas urbes hostes occupaverunt? 20. Quae mulieres bellicosiores fuerunt quam Amazōnes? 21. Quem virum Brutus et Cassius necaverunt?—Caesarem. 22. Quid est amicus? — Unus animus in duōbus (=δυσὶν) corporibus.

ΔΕΥΤΕΡΑ ΣΥΖΥΓΙΑ

I. ΕΝΕΡΓΗΤΙΚΗ ΦΩΝΗ

A.

1. Hostes agros nostros vastant et vicos urbesque delent. 2. Romani eodem anno Carthaginem et Corinthum deleverunt. 3. Si hostes victores fuerint (μελλ.), omnia oppīda delebunt. 4. Oratio sapientis senis magnam auctoritatem habet. 5. Habeo tibi magnam gratiam, quod me amicē mones. 6. Magister noster orationem habuit, quam omnes, qui aderant, laudaverunt. 7. Multos libros habemus. 8. Si semper boni eritis, filii, veros amicos habebītis. 9. Germanos, qui in Galliā sedes habēbant, Caesar superavit. 10. Antea multos amicos habebamus; nunc paucos, sed fidos amicos habemus. 11. Agricolae fossam aquā complent. 12. Homines felices semper amicos habebunt. 13. Pueri parvam fossam, in qua non erat aqua, terrā complebant. 14. Cur flēs, puer? 15. Flebat mulier, quod filius eius in proelio necatus erat. 16. Omnes amici patrem meum monuērunt, ut hunc hominem caveret. 17. Magister nos cotidie admōnet, ut parentes amēmus et voluntati eorum pareāmus.

18. Boni cives legibus semper parent. 19. Tibi, pater, obtemperabo, tuae voluntati parēbo. 20. Non debetis desperare, milites. 21. Imperator ante pugnam milites admonuit, ut fortes essent. 22. Fortes milites mortem non timebunt. 23. Omnis Italia olim Romanis paruit. 24. Difficile est omnibus hominibus placere. 25. Crudelitas tyranni omnes cives terrebat. 26. Minae tuae me non terrent. 27. Species Germanorum, quorum corpora magna erant, Romanos terruit. 28. Multas res utiles nos libri docent. 29. Cura, ut valeas. 30. Curate, ut valeatis. 31. Tempus omnia hominum opera delet. 32. Minimo strepitu terremus timidos mures. 33. In omnibus rebus diligentiam adhibere debemus. 34. Omni tempore Lacedaemonii corpora exercebant. 35. Memoriam exercere debetis, discipuli. 36. Romani castra hostium expugnaverunt, postquam fossam castrorum arboribus et lapidibus compleverunt et vallum delevērunt.

B.

1. Praeceptor nos admōnet, ut non solum animi, sed etiam corporis vires semper exerceāmus. 2. Praeceptor nos admonebat, ut memoriam exercerēmus. 3. Laudem meruisses, mi fili si voluntati meae paruisses. 4. Laudo vos, filii, quod malam cupiditatem coercuistis; moneo vos, ut malas cupiditates semper coercēatis. 5. Plures amicos haberes, mi fili, si semper bonus et iustus esses. 6. Milites Alexandri Magni erant veterani, quos iam Philippus compluribus bellis exercuerat; omnes fortitudine erant insignes et boni duces iis praeerant. Persae quoque bellicosi erant et fortes duces habebant, sed constantiā care-

bant, veliementes Macedōnum impetūs non sustinebant; in periculis imperio ducum non parebant; in omnibus fere proeliis fugae se mandaverunt, ut vitam suam servarent. 7. Romani multarum gentium victores fuerunt; soli Germani impetum eorum sustinuerunt. 8. Mulieres flebant, quod viri et filii earum in proelio necati erant. 9. Magister nos admonuit, ut in omnibus rebus diligentiam adhiberēmus. 10. Cyrus nomina omnium militum exercitus sui memoriā tenebat. 11. Socrates, per totam vitam rei publicae salutem augere civesque operā et consilio adiuuvare studuit. 12. Socrates quamquam de re publica optimē meruit, tamen a civibus accusatus et a iudicibus capitis damnatus est. 13. Cur taces, amice? — Taceo, quia numquam dolui, quod tacueram. 14. Diogēnes philosophus aliquando accensam (= ἀντημμένην) lucernam manū tenens in foro ambulabat, cum meridies esset. 15. Moneo ut taceas, mi fili. 16. Timor poenae homines improbos saepe a sceleribus deterret. 17. Imperator Nero tam crudelis fuit, ut omnes Romani eum timerent. 18. Si tacuissem, nocuissem tibi. 19. Caesar gentem Helvetiorum prohibuit in Galliam migrare. 20. Servo nostro, qui aegrotus est, cibos et vestimenta praebebimus. 21. Athenienses iis civibus, qui de re publica bene meruerant, in prytanēo victum praebebant. 22. Multas urbēs delevisse imperatori non semper laus est. 23. Milites nostri fossam terrā et lapidibus expleverunt.

II. ΠΑΘΗΤΙΚΗ ΦΩΝΗ

1. Agri nostri ab hostibus vastantur et vici urbesque delentur. 2. A praeceptore cotidie monemur, ut

in omnibus rebus diligentiam adhibeamus. 3. Omnes cives in armis exercebantur; nam hostium adventus timebatur. 4. A patre et ab amicis saepe monebamur, ut a periculis caveremus. 5. Omnes in armis exercemini, cives; nam adventus hostium timetur. 6. Vires et corporis et animi a vobis semper exerceantur. 7. Socrates omnium sapientissimus et erat et habebatur (=θεωρεῖτο). 8. Carthago et Corinthus eodem anno a Romanis deletae sunt. 9. Minimo strepitu terrentur timidi mures. 10. Agri nostri ab hostibus vastati et vici urbesque deletae sunt. 11. Imperator milites admonet, ne multitudine hostium terreantur. 12. Urbs ab hostibus occupata tenebatur. 13. Multae domus incendio deletae sunt. 14. Periculum est, ne (=μὴ) domus nostra incendio deleatur. 15. Periculum erat, ne omnia aedificia incendio delerentur. 16. Imperator timet, ne vehementes hostium impetus a militibus suis non sustineantur. 17. Oratio, quae a magistro nostro habitae est, non omnibus iis, qui aderant, placuit. 18. Milites a duce prohibiti sunt agros hostium vastare. 19. Milites, nisi ab imperatore prohibiti essent, agros hostium vastavissent. 20. Cibi, vestimenta, omnes res necessariae ad vitam a nobis tibi perhibebuntur, quam diu nobiscum eris. 21. Adventu hostium non terrebitur, nam oppidum nostrum moenibus et fossa firmum est. 22. Omnes timere debet, qui ab omnibus timetur. 23. Mellius est amari quam timeri. 24. Quo Tempore orationes Ciceronis in Catilinam habitae sunt? 25. Saepe a nobis monitus es, puer, ut modestus esses. 26. In omnibus rebus a vobis prudentia et diligentia adhibeatur, iuvenes. 27. Si in omni vita modus a nobis adhibitus esset, nunc valeremus et beati essemus. 28. Gloria Mardonii, qui dux fortissimus et belli peritis-

simus fuit, maior esset, nisi Athenae ab eo deletae essent. 29. Homines pauperes vobis grati erunt, amici, si iis cibi a vobis praebiti erunt. 30. Si milites ab imperatore coërcerentur, vita agricolarum in periculo non erit.

ΑΡΙΘΜΗΤΙΚΑ

Α. ΑΠΟΛΥΤΑ

1. Unus ex amicis meis duobus bellis interfuit. 2. Solo fuit unus ex illis septem sapientibus, quorum nomina antiquis temporibus clara erant. 3. Duae ex navibus nostris in portu erant, reliquae erant in alto mari. 4. Amicus meus est pater duorum puerorum. 5. Lacedaemonii duos reges habebant. 6. Oppidum nostrum habet duas portas. 7. Agricola habet duos filios et duas filias. 8. Imperator hostes duobus magnis proeliis superavit. 9. Caesar duabus legionibus nova arma donavit. 10. In nostra insula sunt tres altissimi montes et tria parva flumina. 11. Cerbærus tria capita habebat. 12. Tres menses et septem dies in Italia fuimus. 13. Amicus meus tribus proeliis interfuit. 14. Duo consules praefuerunt rei publicae Romanae. 15. Septem et octo sunt quindecim. 16. In portu nostro sunt viginti una naves. 17. Imperator hostes tribus magnis proeliis vicit (=ἐνίκησε), quinquaginta sex vicos delevit, novem oppida expugnavit, quattuor civitates in potestatem populi Romani redēgit (=ἔγαγε). 18. Decem duces praeebant exercitui. 19. Alexander Magnus tredecim annos rex fuit. 20. Thra-sybulus urbem Atheniensium dominatione triginta tyrannorum liberavit. 21. Quinque et sex et septem

sunt duodeviginti. 22. Classis hostium fuit duodequingaginta navium longarum. 23. Quot fuerunt reges Romani?—Septem. 24. In illo proelio centum duode-sexaginta equites vulnerati, septuaginta tres equites necati sunt. 25. In castris mille milites fuerunt. 26. In illa pugna decem milia Romanorum cum quattuor-decim milibus Gallorum dimicaverunt. 27. Duo mi-lia quingenti milites in proelio vulnerati sunt. 28. Templum Dianae Ephesiae quadringentos quinquaginta pedes longum et ducentos viginti pedes latum erat. 29. Res publica Romana ducentos quadraginta quat-tuor annos a regibus gubernata est. 30. Romani Car-thaginienses imperaverunt, ut urbem suam delerent et decem milia passuum a mari novam urbem aedifi-carent. 31. Annus est spatium trecentorum sexaginta quinque dierum.

B. TAKTIKA

1. Primus rex Romanorum fuit Romulus 2. Cur nonus mensis anni September nominatur?—Quia Ro-manis antiquis Martius primus mensis erat. 3. Mensis Augustus, qui ab imperatore Augusto nomen habet, antea Sextilis nominabatur, quia sextus anni mensis erat, cum Martius primus esset. 4. Secundus rex Ro-manorum fuit Numa Pompilius, tertius Tullus Ho-stilius, quartus Ancus Marcius, quintus Tarquinius Priscus, sextus Servius Tullius, septimus Tarquinius Superbus. 5. Primi consules Romanorum fuerunt Bru-tus et Collatinus. 6. Anno nono post Christum natum tres legiones Romanae in saltu Teutoburgiensi a Ger-manis deletae sunt. 7. Mensis est duodecima pars anni. 8. Cohors erat decima pars legionis Romanae.

9. Anno septimo decimo secundi belli Punici Hannibal a Carthaginensibus ex Italiā revocatus est, ut cum Scipione in Africā dimicaret. 10. Tertio bello Punico Carthago a Scipione expugnata et deleta est. 11. Anno septuagesimo post Christum natum Hierosolyma a Tito, filio imperatoris Vespasiani, deleta sunt. 12. Anno ducentesimo secundo ante Christum natum Hannibal apud Zamam a P. Cornelio Scipione superatus est. 13. Dies est trecentesima sexagesima quinta pars anni. 14. Urbs Roma anno ante Christum natum septingentesimo quinquagesimo tertio aedificata est. 15. Primum bellum Punicum ab anno ducentesimo sexagesimo quarto ad annum ducentessimum quadragesimum primum ante Christum natum fuit, alterum bellum Punicum ab anno ducentesimo duodevicesimo ad annum ducentessimum primum, tertium bellum Punicum ab anno centesimo undequingagesimo ad annum centesimum quadragesimum sextum. 16. Septimus et ultimus rex Romanorum fuit Tarquinius Superbus, qui cum viginti quattuor annos regnavisset, anno a. Chr. n. quingentesimo decimo exactus est. 17. Natus sum anno millesimo octingentesimo sexagesimo p. Chr. n. in insula quadam maris Ionii. 18. Imperator Augustus mortuus est anno ab urbe condita septingentesimo sexagesimo septimo.

ΤΡΙΤΗ ΣΥΖΥΓΙΑ

Ι. ΕΝΕΡΓΗΤΙΚΗ ΦΩΝΗ

Α.

1. Quid legis? — Lego epistolam amici mei. 2. Quando leges librum, quem heri ēmisti? — Legam eum cras. 3. Quid lēgisti heri? — Lēgi orationes Ciceronis in Catilinam. 4. Viri docti multos libros legērunt et legunt. 5. Epistolam tuam, frater, cum magna voluptate lēgimus. 6. Quid legitis, pueri? — Legimus libros, quos nobis magister donavit. 7. Libri, quos ēmimus, valde nobis placent. 8. Frater meus villam amici mei ēmet. 9. Agricolae frumentum ement, cum agri magna tempestate vastati sint. 10. Libros sapientium virorum cotidie legēre debētis, pueri. 11. Quid dicis, mi fili? Amicus tuus aegrotus est? 12. Quid dixit tibi frater meus? — Dicam tibi cras. 13. Antea legebamus scriptores Graecos, nunc lēgimus scriptores Latinos. 14. Si fortes eritis, milites, exercitum hostium vincētis. 15. Saepe ad te scribam, amice, cum ero in Italia. 16. Heri scripsi duas epistulas. 17. Populus Romanus cum gentibus Galliae bellum gerebat. 18. Imperator novas copias ducit in Galliam. 19. Nonnulli homines prudentiam simulata stultitia tegunt. 20. Librum tibi mittam, cum eum lēgero. 21. Epistolam amici vobis cras mittemus. 22. Gubernatores propter magnam tempestatem naves regere non potērant (= ἠδύναντο). 23. Legāmus hunc librum, quem nobis magister donavit. 24. Moneo vos, filii, ut libros sapientium virorum semper legatis. 25. Oramus vos, amici, ut saepe ad nos scribatis. 26. Aenēas Laviniam, filiam Latini, uxo-

rem duxit. 27. Romulus multa bella gessit compluresque populos cum regno suo coniunxit. 28. Fortes este, milites, ut exercitum hostium vincatis. 29. Moneo vos, pueri, ut semper verum dicatis. 30. Lacedaemonii constituērunt Atheniensibus auxilium mittere, ne Persae copias Atheniensium vincērent. 31. Praemia vobis tribueremus, servi, si industria vestra maior esset. 32. Si hostes vicissent, oppidum nostrum delevisset. 33. Cum Romani appropinquarent, hostes portas urbis clausērunt. 34. Urbs, quam Romulus condiderat, ex eius nomine Roma nominata est.

B.

1. Mercatores frumentum, quod in Africā ēmerant, vendiderunt. 2. Leges, quas Solo scripserat, rei publicae Atheniensium saluberrimae fuerunt. 3. Non scripsi tibi, quia non habebam, quod ad te scriberem. 4. Bias, unus e septem sapientibus, dixit: «Omnia mea mecum porto». 5. Cornelius Nepos vitam Miltiadis et aliorum Graecorum descripsit. 6. Magnam tibi laudem, imperātor, tribuissēmus, si hostes vicisses. 7. Romani Carthaginiensibus bellum indixerunt. 8. Cum populus Romanus Carthaginiensibus bellum indixisset, Hannibal copias suas contraxit et in Italiam duxit. 9. Dux copiarumstrarum hostes vicit et castra eorum cepit. 10. Cives, nuntio cladis perterriti, arma ceperunt. 11. Conon apud Cnidum classem Lacedaemoniorum devicit et cum parte navium, quas ceperat, Athenas revertit (=ἐπανέκαμψεν). 12. Graeci, cum Troiam cepissent, omnes fere incolas urbis necaverunt et urbem ipsam ferro ignique deleverunt. 13. Hannibal venenum, quod semper secum habebat, sumpsit. 14.



Milites eas res, quae ad victum necessariae erant, ex agris sumebant; nam praeter arma nihil habebant. 15. Bene facis, quod me admōnes. 16. Bene fecisti, quod me admonuisti. 17. Pedites et equites hostium in legiones Romanas impetum vehementem fecerunt. 18. Urbem nostram hostes non cepissent, si nobis auxilium socii misissent. 19. Servus me de adventu tuo certiore fecit. 20. Imperator pontem fecit in flumine. 21. Athenienses aliaeque civitates Graeciae saepe legatos miserunt, ut oraculum Apollinis Delphici consulerent. 22. Veteres Romani agros magno studio colebant; veteres Germani; agri culturam neglexerunt. 23. Romulus, cum in nova urbe, quam condiderat, paucae mulieres essent, ad gentes vicinas legatos misit, qui rogarent, ut cum populo Romano amicitiam iungerent et Romanis filias in matrimonium darent. Omnes recusaverunt. Tum Romulus dolum adhibere constituit: ludos equestres paravit finitimosque invitavit, ut ludos spectarent. Hoc illi non recusaverunt. Cum dies spectaculi adesset, magna multitudo vicinorum in urbe fuit, in his Sabini, qui coniuges et liberos secum duxerant. Cum omnes laeti ludos spectarent, subito iuvenes Romani virgines Sabinas rapuerunt. 24. Caesar legiones Romanas contra hostes duxit, qui omnes copias in unum locum contraxerant. 25. Themistocles muros Athenarum, quos Persae deleverant, restituit. 26. Romulus populum Romanum in tres tribus divisit.

11. ΠΑΘΗΤΙΚΗ ΦΟΝΗ

A.

1. Multi libri scribuntur, sed pauci leguntur. 2. Libri, quos nobis amicus noster donaverat, cotidie a nobis legebantur. 3. Legiones novae a Caesare in Galliam ducebantur. 4. Si hostes oppidum ceperint, multae mulieres multi que pueri in servitutem abducentur. 5. Epistolae tuae, frater, ab omnibus amicis leguntur. 6. Militibus fortibus honores et praemia tribuuntur. 7. Si bonus et iustus eris, mi fili, ab omnibus hominibus amaberis et diligeris. 8. Bella, quae a Romanis gerebantur, non semper iusta erant. 9. Villa amici tui a fratre meo emetur. 10. Fortes milites ab ignavis militibus nunquam vincentur. 11. Iam antiquis temporibus eloquentiae Ciceronis maxima laus tribuebatur. 12. Honores et praemia vobis, milites, tribuentur, si fortes fueritis. 13. Proditoribus patriae poenae graves a magistratibus statuebantur. 14. Pater amici nostri dives esse dicitur. 15. Socrates sapientissimus omnium Graecorum fuisse dicitur. 16. Mercatores magnam frumenti copiam emissee dicuntur. 17. Portae urbis clauduntur, si hostes appropinquabunt. 18. Magister postulat, ut hi libri a nobis legantur. 19. Consules statuerunt, ut decem milia militum in Galliam mitterentur. 20. Parete voluntati patris, pueri, ut ab eo amemini et diligamini. 21. Portae oppidorum clauderentur, quod hostes appropinquare dicebantur.

B.

1. Periculum est, ne urbs ab hostibus capiatur.

2. Cum hostes appropinquarent, dux imperavit, ut omnes copiae ex castris ducerentur. 3. Bella non gererentur, si omnes homines iusti essent. 4. Rex imperavit, ut portae urbis clauderentur. 5. Romani exercitum in Africam miserunt, ut ibi cum Carthaginiensibus bellum gereretur. 6. Rex imperavit, ut auxilium sociis mitteretur. 7. Libri a viris doctis scribuntur, ut a iuvenibus legantur. 8. Frumentum ab agricolis emptum est, quia servis eorum victus deerat. 9. Epistulae tuae, frater, ab omnibus amicis lectae sunt. 10. Vita Augusti a Suetonio descripta est; etiam aliorum imperatorum vitae ab eodem scriptore descriptae sunt. 11. Omnes hi libri, quos vides, a me lecti sunt. 12. Multae urbes ab hostibus captae sunt. 13. Exercitus Antonii ab Octaviano victus est. 14. Exercitus, postquam cum hostibus dimicavit, in castra reductus est. 15. Civitati Carthaginiensium a populo Romano bellum indictum est, quia condiciones pacis violaverant. 16. Muri Athenarum, quos Lacedaemonii deleverant, a Conone restituti sunt. 17. Mores Germanorum a Tacito descripti sunt. 18. Tria bella gravia a Romanis cum Carthaginiensibus gesta sunt; his omnibus bellis Carthaginienses victi sunt. 19. Cum classis Cleopatrae et exercitus Antonii anno tricesimo a. Chr. n. apud Actium ab Octaviano victus esset, laetitia omnium civium Romanorum maxima erat. Post hanc victoriam Aegyptus provincia Romana facta et cum imperio Romano coniuncta est. 20. Populus Romanus a Romulo in tres tribus divisus est. 21. Si nobis auxilium a sociis missum esset, urbs nostra ab hostibus capta non esset. 22. Alcibiades socerum habuit Hipponicum, qui tum omnium Graecorum divitissimus esse dicebatur. 23. Nisi Charthaginienses

condiciones pacis violavissent, bellum iis a Romanis non esset indictum.

TETARTH ΣΥΖΥΓΙΑ

I. ΕΝΕΡΓΗΤΙΚΗ ΦΩΝΗ

A.

1. Surdus non audit. 2. Audio vocem amici mei. 3. Clamorem hostium audiebamus. 4. Antiqui oppida sua muris muniebant, ut ab impetu hostium tuta essent. 5. Audite, pueri, sermones bonorum et sapientium virorum. 6. Munite oppidum, cives, ne ab hostibus capiatur. 7. Sermones senum libenter audire debetis. 8. Leges bonae vitam et rem familiarem civium custodiunt. 9. Senes et mulieres urbem custodiebant. 10. Boni cives legibus et magistratibus oboediunt. 11. Oboedite praeceptoribus, pueri, ut ab iis laudemini et diligamini. 12. Milites castra vallo fossaque muniunt, quia magnus exercitus hostium appropinquat. 13. Pueros ita erudire debemus, ut parentibus oboediant. 14. Malos homines punimus, ut eos a sceleribus deterreamus. 15. Magistratus puniunt improbos homines. 16. Multi peregrini in urbem nostram veniunt. 17. Quando ad me venies? — Cras ad te veniam. 18. Quam diu bellum erit, senes et mulieres moenia urbis custodient. 19. Causam multarum rerum nescimus. 20. Ubi est frater tuus? — Nescio. 21. Boni cives, qui legibus et magistratibus oboediunt, pacem et concordiam civitatis stabilire student. 22. Bonae leges civitatem stabiliunt. 23.

Nemo scit, quantus sit numerus stellarum. 24. Munc multas res scio, quas antea nesciebam. 25. Maxima pars hostium in proelio necata est, quod equites Romani fugam eorum impediabant. 26. Concordia civium rem publicam maxime stabilit. 27. Pueros Romanos servi erudiebant. 28. Amici nostri ad nos veniunt.

B.

1. Audiamus sermonem horum senum. 2. Parentes et magistri nos saepe admōnent, ut consiliis hominum sapientium oboediamus. 3. Dicam magna voce, ut omnes audiant. 4. Consules imperaverunt, ut, quam diu bellum esset, senes et mulieres moenia urbis custodirent. 5. Tanta erat fortitudo Lacedaemoniorum, ut urbem suam muris non munirent. 6. Magister omnia magna voce dicebat, ut omnes audiremus. 7. Clamor hostium tantus erat, ut eum Romani in castris audirent. 8. Si omnium rerum causas sciremus, nunquam erraremus. 9. Tarentini regem Pyrrhum oraverunt, ut in Italiam veniret et cum populo Romano pugnaret. 10. Este attentī et diligentes, pueri, ne magister vos puniat. 11. Magistratus scelera improborum hominum punire debent. 12. Si consiliis meis semper oboedires, mi fili, nunquam te magister puniret. 13. Saepe ad nos amicus noster veniret, nisi morbus eum impediret. 14. Cives oppidum muro alto muniverunt. 15. Romani urbem, quam hostes muris et fossis muniverant, tribus horis expugnaverunt. 16. Aristoteles Alexandrum Magnum litteris erudit. 17. Clamorem hostium omnes audivimus, quamquam castra eorum duo milia pas-

suum a nostris castris aberant. 18. Fabulam, quam a magistro audiveramus, patri narravimus. 19. Pyrrhus anno ducentesimo octogesimo a. Chr. n. in Italiam venit. Cum in Italiam venisset, duobus proeliis Romanos superavit, postea autem ab iis superatus est. 20. Hannibal venenum, quod semper secum habebat, sumpsit, ne in potestatem Romanorum veniret. 21. Venimus ad te, ut orationem tuam audiremus. 22. Pyrrhus Tarentinis auxilio venit. 23. Pueris auxilio venissemus, si clamorem eorum audivissemus. 24. Caesar, cum Pharnacem, regem Ponti, primo concursu fugavisset, ad Amantium, amicum suum, scripsit: «Veni, vidi, vici». 25. Si oppidum nostrum muris munivissemus, ab hostibus non esset captum. 26. Periclis opera urbs Atheniensium magnificis monumentis ita ornata est, ut undique homines spectandi causa eo convenirent. 27. Milites in oppido, quod cepērunt, multa vasa aurea invenērunt. 28. Post mortem Philippi regnum ad Alexandrum pervēnit.

II. ΠΑΘΗΤΙΚΗ ΦΟΝΗ

1. Magister a diligentibus discipulis attente auditur. 2. Oratores boni ab omnibus libenter audiuntur. 3. Ea, quae magister dicebat, ab omnibus attente audiebantur. 4. Pueri Romani artibus et litteris a servis erudiebantur. 5. Antiquis temporibus oppida muris muniiebantur, ut ab impetu hostium tuta essent. 6. Quam diu bellum erit, moenia urbis a senibus et mulieribus custodientur. 7. Filii agricolae cotidie fere a magistro vituperantur et puniuntur, quia nunquam attenti sunt. 8. Urbs a militibus custoditur. 9. Nullā re civitas magis stabilietur quam

bonis legibus. 10. Cum amicus meus abesset, villa eius a servis magnā diligentīā custodiebatur. 11. Filius medici multis artibus eruditur. 12. Maxima pars hostium in proelio necata est, quod fuga eorum ab equitibus Romanis impediēbatur. 13. Mali homines puniuntur, ut a sceleribus deterreantur. 14. Pueri a magistris ita erudiri debent, ut legibus semper obediant. 15. Urbs a militibus custodiri debet. 16. Magister optat, ut oratio sua ab omnibus discipulis attente audiat. 17. Agricola curat, ut filii sui litteris et artibus erudiantur. 18. Consul imperat, ut omnes portae urbis claudantur et muri a civibus magnā diligentīā custodiantur. 19. Clamor hostium tantus erat, ut in castris Romanorum audiretur quae duo milia passuum a castris hostium aberant. 20. Consul imperavit, ut portae urbis custodirentur. 21. Rex imperavit, ut omnes urbes magnae munerentur. 22. Oratio magistri ab omnibus attente audita est. 23. Alexander Magnus, qui ab Aristotele eruditus est, Homēri carmina magni aestimabat. 24. Castra a Romanis vallo fossaque munita sunt, quia magnus exercitus hostium appropinquabat. 25. Filius medici litteris erudita est. 26. Clamor hostium ab omnibus auditus est. 27. Amicus ad nos venisset nisi morbo impeditus esset. 28. Oppida ab hostibus capta essent, nisi muris munita essent. 29. Milites agros vastavissent, nisi a duce impediti essent. 30. Persae, cum naves eorum ipsā multitudine impederentur, a Graecis devicti sunt.

PHMATΑ ΑΠΟΘΕΤΙΚΑ

Ι. ΠΡΩΤΗ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑ

A.

1. Hortor te, mi fili, ut semper diligens et sedulus sis. 2. Magister discipulos hortatur, ut diligentes et seduli sint. 3. Beneficia tua, amice, semper recordabor. 4. Hortamur vos, pueri, ut consiliis senum sapientium semper pareatis. 5. Boni pueri bonorum hominum exempla imitantur. 6. Res gestas magnorum virorum admiramur. 7. Cervi aliaeque bestiae in silvis vagantur. 8. Exempla bonorum hominum imitemur. 9. Miseros homines consolemur. 10. Pater nos hortabatur, ut bonorum hominum exempla imitaremur. 11. Magistri nos hortabantur, ut diligentes essemus. 12. Hortor vos, pueri, ut parentum beneficia semper recordemini. 13. Veteres Graeci et Romani multos deos venerabantur, quos alii populi non sunt venerati. 14. Magister discipulos hortatus est, ut bonorum hominum exempla imitarentur. 15. Romani ingentia corpora Germanorum admirabantur. 16. Lacedaemonii senes venerabantur. 17. Hostes bellum renovare conantur. 18. Hannibal puer novem annorum patrem in Hispaniam comitatus est. 19. In rebus adversis spes me semper consolata est. 20. Sapientiam tuam, amice, semper admiratus sum. 21. Exemplum tuum imitabor.

B.

1. Rex magos convocavit, ut somnium suum interpretarentur; nam magi erant somniorum inter-

pretes. 2. Amici nostri in periculo versantur; quid cunctamur auxilio iis venire? 3. Imperator dixit: «quid cunctamini, milites? Primo impetu copias hostium superabitis et fugabitis. 4. Pueri patris reditu laetantur. 5. Ignavi milites cum hostibus pugnare cunctantur. 6. Caesar nomen regium et dignitatem regiam aspernatus est. 7. Sapientiam et probitatem Socratis semper admirabimur. 8. Amicum nostrum de morte sororis consolati sumus. 9. Imperator noster in variis bellis versatus est. 10. Si exempla bonorum hominum imitati essetis, iuvenes, meliores et sapientiores essetis. 11. Senes non venerari apud Lacedaemonios turpissimum fuit. 12. Cum hostes, qui proelio superati erant, bellum renovare conati essent, Romani eos fugaverunt urbemque eorum expugnaverunt et deleverunt. 13. Arma capere et cum hostibus pugnare non cunctaremur, si libertas patriae in periculo versaretur. 14. Diogenes philosophus aliquando accensam lucernam manu tenens in foro ambulabat. Mirabantur homines, cum meridies esset, et eum interrogaverunt, cur id faceret. Tum ille «hominem—inquit—quaero».

II. ΑΕΥΤΕΡΑ ΣΥΖΥΓΙΑ

1. Patrem et matrem amare et vereri debemus. 2. Imperator exercitum suum ex Gallia reduxit, quod inopiam frumenti verebatur. 3. Vereor, ne amicus meus aegrotus sit. 4. «Quid?—inquit imperator—, vos hostem veremini, milites? Hostis vos timet neque impetum vestrum sustinebit». 5. Plinius scribit: «Nunc pueri statim omnia sciunt, neminem verentur, imitantur neminem, ipsi sibi exempla sunt. 6.

Milites fortes nullum periculum verentur. 7. Pigri discipuli verebantur, ne a magistro punirentur. 8. Vir sapiens vitia sua semper confitebitur. 9. Qui miserorum hominum non miseretur, ipse misericordiam non meretur. 10. Merito is magna praemia accipit, qui civis bonus est ac de re publica bene meretur. 11. De re publica bene mereri honestum ac laudabile est. 12. Homo scelestus aut pudore aut timore impulsus est, ut scelus confiteretur.

III. ΤΡΙΤΗ ΣΥΖΥΓΙΑ

1. Nos loquimur, tu taces. 2. Magister magna voce loquebatur, ut ab omnibus audiretur. 3. Audi multa, loquere pauca. 4. Irascor tibi, amice, quod non vera locutus es. 5. Xenocrates, cum aliquando sermoni amicorum interesset, ipse nihil loquebatur. Interrogatus, cur solus taceret, «Taceo» inquit, «quia saepe dolui, quod locutus eram, nunquam, quod taceram». 6. Si possemus (= ἡδυνάμεθα), cotidie cum viris doctis colloqueremur. 7. Diogenes virum doctum, qui de rebus caelestibus multa locutus erat, interrogavit: «Quando tu de caelo descendisti?» 8. Diogenes apud Athenienses et Thebanos complures menses commorabatur, ut cum viris doctis colloqueretur. 9. Servus dominum suum sequitur. 10. Sequimini, pueri, exempla bonorum hominum. 11. Adhortor vos, adolescentes, ut senum praecepta sequamini. 12. Pauci oratores gloriam Demosthenis et Ciceronis assecuti sunt. 13. Philippus, rex Macedonum, magnam belli gloriam apud omnes nationes consecutus est. 14. Caesar hostes victos equitatu persequabatur. 15. Sapientiam adipiscemini, iuvenes, si saepe

cum senibus colloquimini eorumque consilia sequimini. 16. Voluntati tuae, pater, semper obsequar. 17. Omnes te vituperaremus, si voluntati improbi hominis obsecutus esses. 18. Boves, cervi aliaeque bestiae cornibus utuntur, ut se defendant. 19. Beneficiorum tuorum, amice, nunquam obliviscar. 20. Achilles mortem Patrōcli, quem Hector necaverat, ultus est. 21. Multi eorum, qui ad bellum profecti sunt, in patriam non revertentur. 22. Sine vitis nemo nascitur. 23. Jēsus Christus temporibus imperatoris Augusti natus est. 24. Viri boni et sapientes officiis suis ita funguntur, ut laudem mereantur. 25. Dux equitibus imperavit, ut hostes in extremas Galliae partes persequerentur. 26. Homines suorum vitiorum facile obliviscuntur. 27. Diu in Germania fuimus; inde in Galliam profecti sumus. 28. Multae aves, quae autumnō in alias regiones migrant, post hiemem ad nos revertuntur. 29. Divitiis multi male utuntur. 30. Seriphius quidam in iurgio dixit Themistōcli: «Non tuā sed patriae gloriā splendorem assecutus es». Tum ille «nec hercule» inquit «si ego Seriphius essem, nec tu si Atheniensis, clarus unquam fuisses».

IV. TETAPTH ΣΥΖΥΓΙΑ

1. Nihil turpius est quam mentiri. 2. Mundi magnitudinem metiri nemo potest (=δύναται). 3. Moneo vos, pueri, ut semper verum dicatis, nunquam mentiamini. 4. Epaminondas veritatem adeo diligebat, ut ne ioco quidem mentiretur. 5. Iis hominibus, qui semper mentiti sunt, nemo fidem habere potest. 6. Ii, qui nobis semper blandiuntur, non sunt veri a-

mici. 7. Nemini blandiamur! Nihil enim turpius est quam blanditia. 8. Alexander Magnus Aegyptum armis expugnavit et imperio totius terrae potitus est. 9. Maxima virtute urbem defendite, cives; nam si hostes urbe potiti erunt, nos omnes in servitutem perpetuam abducemur. 10. Qui mentitur, eum omnes vituperant; qui vera dicit, is ab omnibus laudatur. 11. Natura Ciceroni magnam eloquentiam largita est. 12. Alcibiades Atheniensis, cui et natura et fortuna plurima bona largita erat, a Pericle educatus et a Socrate eruditus est; itaque et in urbe apud populum et in castris apud exercitum magna auctoritate utebatur. 13. Voluptates sensibus blandiuntur, sed corpori nocent. 14. Pater vos puniet, pueri, quia mentiti estis. 15. Postquam diu pugnatum est, milites Caesaris castris hostium potiti sunt. 16. Nostri milites tam bene rem gesserunt, ut non solum hostium castris, sed etiam septem navibus potirentur.

ΔΙΗΓΗΜΑΤΑ

I.

ΡΩΜΥΛΟΣ ΚΑΙ ΡΕΜΟΣ

1. Antiquissimis temporibus in urbe Allā Longā rex erat Amulius, vir crudelis et iniustus. Is Numitorem, fratrem suum, regnō privaverat, filium Numitoris in venatione necaverat, Ream Silviam, filiam Numitoris, virginem Vestalem fecerat. Reae Silviae et Martis filii fuerunt Romulus et Remus;

Amulius servis imperavit, ut hos pueros, qui fratres gemini erant, necarent. Pueri autem vel casu vel voluntate deorum servati et a Fausto, qui pastor regius erat, educati sunt. Romulus et Remus, cum iuvenes essent, consilium ceperunt avo suo regnum restituere; itaque magnam multitudinem armatorum in urbem duxerunt Amuliumque in regia trucidaverunt.

2. Postquam deinde cives in forum convocati sunt, iuvenes in contione Amulium multorum et magnorum scelërum arguerunt; ab omnibus caedes tyranni probata et Numitor rex salutatus est. Paulo post Romulus et Remus ad flumen propinquum, cui nomen Tibëris erat, novam urbem condere constituerunt. In certamine autem, quod inter Romulum et Remum erat, ille fratrem necavit; itaque urbs a Romulo in septem collibus aedificata et ex nomine eius Rōma appellata est.

2.

Η ΒΑΣΙΛΕΙΑ ΤΟΥ ΡΟΜΥΛΟΥ

1. Romulus primus rex Romanorum et conditor imperii Romani fuit. Cum Roma aedificata esset, ex omnibus populis, qui circa Romam habitabant, magna multitudo hominum in novam urbem migravit, numerusque civium brevi tempore maximus fuit. Itaque Romulus et leges statuit et centum senatores creavit, ut eorum auxilio audaciam et ferociam et cupiditates populi coerceret. Hi senatores a populo patres nominati sunt; senatorum liberi et progenies eorum patricii appellabantur. Praeterea rex omnes cives in armis ita exercuit, ut optimum exercitum

haberet neque impetum civitatum finitimarum timeret. Erat autem Romulus ipse vir fortissimus et bellicosissimus; itaque multa bella gessit compluresque populos cum regno suo coniunxit. In numero eorum, quibuscum pugnavit, Sabini fuerunt. Causa belli haec fuit:

2. Cum in nova urbe paucae mulieres essent, Romulus ad gentes vicinas legatos misit, qui rogarent, ut cum populo Romano amicitiam iungerent et Romanis filias in matrimonium darent. Omnes autem populum Romanum ita contemnebant, ut foedus conubiumque recusarent. Tum Romulus dolum adhibere constituit; ludos equestres paravit finitimosque invitavit, ut ludos spectarent. Hoc illi non recusaverunt. Cum dies spectaculi adesset, magna multitudo vicinorum in urbe fuit, in his Sabini, qui coniuges et liberos secum duxerant.

3. Cum omnes laetis animis ludos spectarent, subito iuvenes Romani virgines Sabinas rapiebant. Patres et matres virginum ex urbe fugiebant, sorte filiarum dolentes et Romanos arguentes, quod ius hospitii violavissent. Virginum quoque indignatio erat maxima; sed Romulus ipse placida oratione animos earum mitigavit. «Oraveramus» inquit «Sabini, ut filias nobis in matrimonium darent; sed hoc nobis a patribus vestris, qui superbi erant, negatum est. Nunc uxores nostrae estis, quas amamus». A viris autem mulieres ita tractabantur, ut sorte sua contentae essent.

4. Interim Sabini, quorum rex T. Tatius erat, et ipsi bellum paraverunt et alias civitates sollicitaverunt, ut cum Romanis bellum gererent. Sabini, postquam magnum exercitum contraxerunt, Capitolium

occupaverunt. Postero die in campo, qui inter Palatinum Capitolinumque collem erat, pugnatum est. Initio clades Romanorum certa esse videbatur. Postea Sabini impetum Romanorum non sustinuerunt, et Romulus Sabinos vicisset, nisi subito mulieres Sabinae advolavissent. Eae, inter acies pugnantium stantes, patres et maritos rogant, ut pacem societatemque faciant. «Nos» inquiunt, «causa belli sumus, nos patribus et fratribus et viris causa vulnerum et caedis sumus. Oramus et rogamus vos, ut belli finem faciatis». His verbis mulierum et multitudo militum et duces placati sunt, Reges Romulus et T. Tatius non modo pacem et foedus, sed etiam unam civitatem ex duabus fecerunt. Laeta pax post triste bellum mulieres Sabinos viris et parentibus etiam cariores fecit.

5. Romulus triginta septem annos imperium habuit. Post mortem eius Numa Pompilius rex Romanorum fuit vir iustitia et sapientia clarissimus, qui novae civitati saluberrimas leges dedit hominumque animos religione mitigavit.

3.

Ο ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΤΥΛΛΟΣ ΟΣΤΙΑΙΟΣ

1. Post mortem Numae Pompilii Tullus Hostilius rex Romanorum fuit, vir bellicosissimus. Eius aetate inter Romanos et Albanos bellum erat. Cum Albani non procul a castris Romanorum abessent, a Mettio Fuffetio, qui exercitui Albanorum praecerat, legatus ad Tullum missus est, qui eum ad colloquium invitaret. Tullus voluntati illius paruit. Postquam

duces convenerunt, Mettius in colloquio haec dixit :

2. «Cupiditas imperii effecit, ut inter vos et nos bellum sit. Duo cognati vicinique populi arma ceperunt, quod gloriae et potentiae cupidi sunt. Priusquam autem dimicemus, ego, qui ab Albanis dux creatus sum, te, Tulle, qui rex Romanorum es, oro, ut considères, quantum periculum et vobis et nobis immineat. Etruscorum potentia terrā marique magna est. Quamquam neque Romani neque Albani eos timent, tamen nunc nos omnes in magno periculo sumus; nam si proelium fecerimus et in proelio multi nostrum et vestrum necati erunt, Etrusci simul in victores et victos impetum facient, et fessi milites nostri ab iis vincentur.

3. Libertate certā non contenti fuimus; nunc libertas et Romanorum et Albanorum in periculo est, et libertatem amitemus, si nos ipsi vires nostras ita minuemus ut Etruscis facile sit nos vincere. Itaque suadeo, ut non omnes de imperio decertemus, sed certamine paucorum decernamus, utrum civitas Albana ad imperium populi Romani adiungatur an Romani sub imperio Albanorum sint». Res Tullo non displicuit.

4. Forte in duobus exercitibus fratres tuigemini fuerunt, qui aetate et viribus corporis et fortitudine inter se pares erant: Horatii et Curiatii; illi Romani, hi Albani erant. Cum ea, quae a Mettio dicta et a Tullo probata erant, iuvenibus illis nuntiata essent, statim decertare parati erant. Deinde a regibus admoniti sunt, ut se fortes praeberent et patriae parentumque memores essent. Priusquam autem dimicarent, inter Romanos et Albanos foedus factum est his conditionibus, ut is populus, cuius cives eo certamine

victi essent, sub imperio eius populi esset, qui vicisset. Sodebant pro castris duo exercitus intentisque animis certamen Horatiorum et Curiatorum spectabant, cum fortuna patriae in illorum fortitudine et constantia sita esset.

5. Postquam signum pugnae datum est, sex illi iuvenes fortissimi arma ceperunt. Cum aliquamdiu pugnatum esset, duo Horatii necati sunt, et exercitus Albanus exsultavit. Sed omnes tres Curiatii vulnerati erant, et unus Horatius, qui supererat, integer erat. Is universis Curiatiis par non erat, singulis autem superior erat. Itaque callidum consilium cepit et fugae se mandavit, ut adversarios distraheret.

6. Brevi tempore ab eo loco, ubi dimicatum erat, satis magnum spatium abeat; Curiatii magnis intervallis accurrebant. Subito in primum Curiatium, qui propinquus erat, vehementissimum impetum fecit eumque necavit, priusquam fratres ei auxilio venirent. Item deinde secundum et tertium trucidavit. Cum magno gaudio Romani, qui iam de victoria desperaverant, Horatium in castra reduxerunt, Albani maesti erant, quod ex foedere iam civitas Albanorum sub imperio et ditione populi Romani erat.

7. Albani fidem servaverunt, quamquam multitudo sorte sua non contenta erat et consilium, quod Mettius dederat, improbabat; Mettius autem ipse homo perfidus erat et alios populos ad bellum contra Romanos sollicitavit. Tullus Hostilius hostes vicit, Mettium capitis damnavit, Albam longam delevit, omnem populum Albanum in urbem Romanorum traduxit. Ita numerus civium Romanorum duplicatus est.

8. Post Tullum Hostilium Romae reges fuerunt:

Ancus Marcius, qui et in pace et in bello insignis erat; Tarquinius Priscus, qui urbem pulchris aedificiis ornavit; Servius Tullius, qui urbem muro munivit et civitatem sapientibus legibus institutisque stabilivit. Septimus et ultimus rex Romanorum fuit Tarquinius Superbus.

4.

Ο ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΤΑΡΚΥΝΙΟΣ Ο ΥΠΕΡΦΑΝΟΣ

1. Post mortem Tarquinii Prisci regnum non ad filios eius, sed ad Servium Tullium pervēnit, qui filiam illius uxorem duxerat. Is ut regnum suum stabiliret illorumque juvenum animos mitigaret, duas filias iis in matrimonium dedit. Nomina eorum fuerunt Lucius Tarquinius et Arruns Tarquinius; ille ferrox erat, hic erat juvenis ingenii mitis. Servius, postquam quadraginta quattuor annos rex fuit, a L. Tarquinio regno privatus est. Hic, cum civium animos donis et praemiis et pollicitationibus sibi conciliasset, aliquo die cum magnā multitudine armatorum in forum vēnit et in regiā sede sedens per praeconem senatores in curiam «ad regem Tarquinium» citavit. Omnes statim convenerunt.

2. Servius, postquam hoc audivit, cum multis comitibus advolavit et: «Quid hoc est?» inquit «qua audaciā senatores vocavisti et in meā sede sedes?» Tarquinius dixit: «Haec sedes mea est, non tua; ego regis filius sum, ego patris mei heres sum. Itaque meliore iure ego rei publicae Romanae praeëro et ius meum contra te obtinebo». Omnes, qui aderant, clamaverunt et parati erant gladiis in adversarios impe-

tum facere. In hoc tumultu Tarquinius, qui viribus corporis validior erat, Servium per gradūs curiae deiēcit. Tum Servius et comites eius fugae se mandaverunt, et ille in fuga a satellitibus Tarquinii necatus est.

3. Tarquinius, postquam regnum occupavit, omnia iura divina et humana contempsit et nobilissimos senatorum, qui amici Servii fuerant, necavit. Itaque omnes cives eum timebant et metu ei oboediebant. Priores reges de omnibus rebus, quae ad rem publicam pertinebant, cum senatu consultaverant; Tarquinius suis consiliis rem publicam administravit: bella gessit et pacem, foedera societatesque fecit, quibuscum ei placuit. Ut autem in pace rex iniustus erat, sic in bello dux bonus fuit; itaque omnes fere populos, quibuscum dimicabat, vicit multasque civitates imperio Romano adiunxit.

4. Tarquinius non modo ipse superbus et crudelis erat, sed etiam filii eius improbi fuerunt sceleraque illorum tanta erant, ut omnes cives irā et odio flagrarent. Itaque populus, cuius dux in hac re L. Iunius Brutus erat, coniurationem fecit regique imperium abrogavit. Tarquinius cum coninge et liberis in Etruriam fugit.

ΛΕΞΙΛΟΓΙΑ

ΠΡΩΤΗ ΚΛΙΣΙΣ

Ρήματα

est ἐστίν
sunt εἰσιν
erat ἦν (=ἦτο)
erant ἦσαν
fuit γέγονε, ἐγένετο (ὑπῆρξε)
habet ἔχει
habent ἔχουσιν
dēlectat τέρπει
dēlectant τέρπουσι
dōnat δωρεῖται
dōnant δωροῦνται
ornat κοσμεῖ
ornant κοσμοῦσι
parat παρασκευάζει
parant παρασκευάζουσιν

Μόρια

et καί
in ἐν (μετ. Ἀφαιρ.)
nōn οὐ, οὐκ (δέν)
saepe πολλάκις

Ὄνόματα τῆς α' κλίσεως

Aetna Αἴτνα
agricōla ὁ γεωργὸς ἄρ.
ālā ἡ πτέρυξ
āqua τὸ ὕδωρ
aquīla ὁ ἀετὸς
āra ὁ βωμὸς
Britannia Βρεταννία
